

rabilibus viris dominis Urbano Gerhardi, Nicolao Pirrero, Andr. a Reyssen presbyteris et canonicis Wurtznensibus ac vicariis nostrae ecclesiae Misnensis testibus etc. *Es folgen die Unterschriften des B. Julius zu Naumburg, Dechanten des Hochstifts und des Domherrn Bernh. von Draschwitz, dann des apostol. und kais. Notars Wolfgang Lebe, Clerikers Prager und des apostol. Notars Joh. Bensser, Clerikers Meissner Diöces, welche dieses Decret durch den Stolpener Notar Valentin Schultheis schreiben liessen.*

Nach einer gleichzeitigen Copie auf Pergament im K. Haupt-Staatsarchiv; vgl. Senff a. a. O. S. 307—14. Das angeblich am Wahltage selbst verfasste und unterzeichnete Schreiben muss wenigstens im Eingange vor dessen Absendung im Juli d. J. geändert worden sein, da der dort angeredete P. Paul IV. am 23. Mai 1555 erwählt und am 26. Mai geweiht wurde.

No. 1464. 1555. 29. Mai.

Johann von Haugwitz gelobt zum Bischof erwählt so viel er vermag die Geistlichen und Laien in der alten Verfassung zu erhalten, die Güter und Rechte der Kirche zu schützen u. s. w. Nos Johannes electus in episcopum Misnensem notum facimus — quod cum nos agnoscamus tanto nos cautiores attentioresque esse oportere in munere, quod altissimus humeris nostris imposuit, quanto maius est periculum, in quo ecclesia nostra et episcopatus versantur, ut res ipsa nos per se obligare videtur, ita per iuramentum obligavimus nos in procuracione eiusdem muneris nostri diligentiam talem nos adhibituros esse, primo, ut clerum et populum nostrum pro mensura gratiae divinae nobis concessae regere atque pascere salubriter et quantum in nobis est in catholica religione conservare possimus. Deinde vero ut caveamus, ne culpa ulla aut facto nostro bona mensae nostrae episcopalis aut aliarum ecclesiarum nostrarum alienentur, et ne item libertates immunitates iura atque privilegia episcopatus nostri ecclesiarum atque subditorum infringamus, sed eadem potius in quantum poterimus tueamur atque defendamus. Tum ut superioribus nostris debitum honorem reverentiam atque obedientiam praestemus ab eisque intra legitimum terminum confirmationem in administratione spiritualium et investituram regalium petamus et quantum in nobis erit impetremus, prout de iure impetrari debent. In haec pacta non minus quam in alios articulos ordinationis nostrae iuravimus et obligavimus nos, prout per praesentes obligamus, ita ut si unum vel plura horum pactorum violaverimus, moniti aut requisiti aut a capitulo nostro aut aliquo superiorum nostrorum mox sine ulla tergiversatione aut obloquio sive colore cedamus episcopatu nostro Misnensi nec impediamus, quominus alius per capitulum canonicum electus vel postulatus in possessionem ecclesiae atque episcopatus Misnensis quam primum veniat. In quorum omnium fidem hoc sigillo nostro corroboravimus et manu nostra subscripsimus. Actum Wurzen anno a Chr. nato MDLV. die vero XXIX. m. Maii.

Et quod supra scripta ratificemus rataque habeamus attestamur manu propria nostra.

Senff a. a. O. S. 314 f.

No. 1465. 1555. 13. Juli.

Der zum Bischof erwählte Johann IX. ernennt den Domherrn Hieronymus von Kommerstadt, Probst zu Budissin und Dechant zu Wurzen zu seinem Abgesandten am päbstl. Stuhle, beauftragt denselben die Bestätigung seiner Wahl und aller Rechte und Freiheiten des Bisthums dort auszuwirken und ertheilt ihm die ausgedehnteste Vollmacht, ut nomine nostro iuramentum clientelae debitum in animam nostram fideliter praestet, bona fide promittentes, quaecunque legatus noster nomine nostro fecerit et promiserit, quod illa pro nostro erga sedem apostolicam summo studio perpetuo simus servaturi atque rata habituri non aliter, ac si ipsi coram illa sancte promissemus etc. Datum in arce nostra episcopali Wurzen a. sal. MDLV. d. XIII. Julii.

Senff a. a. O. S. 316 f.